

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Homo z
cum fonte primo

Quid autem sit uir bonus dicam.
Vir bonus, quod honeste se facturum putauerit faciet,
sine pecunia si laboriosum erit,
faciet eciam si dampnosum erit,
faciet eciam si periculosum erit.
Rursus quod turpe erit non faciet eciam si pecuniam afferat,
eciam si uoluptatem, eciam si potentiam;
ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla spe inuitabitur.

Seneca ibidem (LXXVII. epistola ad Lucilium).

Quid sit hoc dicam:
vir bonus quod honeste se facturum putauerit faciet
etiam [sine pecunia] si laboriosum erit,
faciet etiam si dampnosum erit,
faciet etiam si periculosum erit;
rursus quod turpe erit non faciet, etiam si pecuniam adferet,
etiam si voluptatem, etiam si potentiam;
ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla inuitabitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 76.18
(L. Reynolds ed., vol.1, p.240, ll.16-22).